



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. IX. Varia adferuntur remedia pro conservanda castitate, ac
continentia

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

in *Eang.* *Quamvis virginitatis voto te Deo
craveris, & ego Deo devotas semper dilexeris
fœminas, tamen nunquam acceptam habueris
rum mecum diuturnam residentiã. Ex quo
cere possimus, quales, quanti; fuerint
cti castitatis corporum suorum Zelatores
solū dum viverent, verū etiam dum sunt
tui, in eodē rigore custodientes suos cives*

Caput Nonum.

*Varia adferuntur remedia pro conser-
vanda Castitate, ac continentia.*

Vidimus præcedentibus capitibus, non
lum quam sit necessaria Ecclesiasticis
stiras, verum etiã quam difficulter eadem
varias multiplicesq; occasiones, custodi
restat ergo, ad custodiam illam facilitandam
ac alleviandam, ut cogitemus de mediis
à Sanctis suggeruntur, & quorum ipsi
metipsis sumferunt experientiam.

Primum remedium, illudq; potentissimum
est, frequenter debita cum animi præparati-
one accedere, ad sanctam Eucharistiam
nunquã enim, nec facilius, nec efficacius
gabitur, aut extinguetur in nobis immundus
carnis pruritus, quam si omni die propriis
stris manibus nos cibemus carne purissimam
imaculati illius Agni, ac pretiosissimum

mus sanguinem, de quo scriptum est, in Zacharia Propheta: *Cap. 9. v. 16. Vinum germinans virgines: hicq; est fons ille, ad quem nos invitat S. Chrysoftomus, Hom. 45. in Ioan. ut impuros nostros refringeremus ardores, extingamusq; lascivas flammis, quibus aestuat, ac accenditur cor nostrum: Si quis aestuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur; mundat squallorem, & sordes aestus mitigat, non solares, sed quos ignita sagitta imprimunt. Si incipiamus gustare dulcedinem panis cœlestis, non poterimus statim nō fastidire omne id, quod a sensu offertur delectabile, verissimum namq; est id, quod prudentissimè scripsit S. Cyprianus: De Orat. Dom. Omnia carnalium saporum irritamenta, & somnium exuperat dulcedinum voluptates: servitq; hoc, non solum lapsis pro antidoto, verum etiam debilibus, pro præservativa, ne labantur.*

Similiter Oratio, efficacissima armatura est, contra ignita libidinis tela; Oratio pudicitia presidium, atque tutamen est, registratum reliquit S. Gregorius Nissenus, Trac. 1. de orat. Dom. c. 2. adhibuitque remedium hoc S. Paulus Apostolus, dum carnis stimulis urgere-tur: *Datus est mihi stimulus carnis &c. propter quod ter Dominum rogavi: 2. Cor. 12. v. 7. S. Philippus Nerijs hoc medio duarum impudica-*

V. C. S.

Veneris
cl. astig

dicarum elusit assaultus, dum enim ita in-
ceptus esset, ut omnis effugii prælusus esse-
ditus, nec sciret quomodo sese extremis
in angustiis defenderet, recurrit cum Sapien-
te in Sapientia ad Orationem: *Ut sciret, quomodo
niam aliter non possem esse continens, nisi De-
det, adii Dominum & deprecatus sum illi
oravitque tanto cum fervore, ut impu-
illæ discesserint summo cum rubore.*

Aliud præstans ac nobile præservativum
ad tutandam ac conservandam castitatem
meditatio fervens Dominicæ Passionis, quæ
nobis eo est facilior, quo familiarior, quæ
indies offeramus incrementum illud sacrificii
quod repræsentativum est omnium illorum
pœnalarum ac tristium mysteriorum. S. Augu-
stinus, *cap. 22. Manualis.* prout omnes sci-
unt, & ipse de se in libris Confessionum fatetur,
per triginta tres annos immersus laetitia
fordibus, postquam ad Deum fuit conversus
sentiretque interdum carnis stimulos, vulnerum
Christi meditatione se defendebat: *Car-
me premit caro, recordatione vulnerum Domini
mei resurgo.* Idem remedium assignat
Bernardus: *de inter. dom. c. 38. Quoties te
vis cogitationibus pulsari, & ad illicitam
lecturam officii, toties pone ante mentis oculos
quomodo Christus in Cruce crucifixus est pro-*

Habeas vivaciter igitur menti tuæ impressam sanctam Crucem, quæ est propugnaculum ac scutum contra lascivas cogitationes: siquidem quam primum in imaginatione nostra comparet salvifica arbor ista, ad ipsius præsentiam diffugit omne, quidquid minus pudicum ac honestum menti obversabatur, illiusque in pugnabat puritatē; *Tanta est vis Crucis Christi (inquit Origenes in cap. 6. ad Rom.) ut si illa ante oculos ponatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, sed continuo ad ejus præsentiam, totus ille peccati, & carnis fugatur exercitus.*

Mirabiliter quoque juvat ad sedandum ebullientem concupiscentiæ ardorem memoria mortis: *Non habet concupiscentia locum, ubi mors timetur,* scribit S. Zeno: qui enim recte recogitat se brevi resolvendum in cineres, qui cogitationes suas occupatas tenet consideratione incerti quidem, instantis tamen sui finis, facile aditum occludet omni carnali delectationi, sensuumque illecebris. S. Augustinus ad extinguendum fervorem sensualitatis, efficacissimum juvamen invenit in timore mortis, ac judicii, quod illi indivisibiliter est associatum: *1. 2. Confess. Nec enim me revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, & futuri judicii tui.* Ideo nos Ecclesiastici sapius nos debemus impedere in assistendo

Verus

elastig

...



do moribundis. & sepeliendo mortuos, hoc potens iuvamen, ac præservativum non impetatur aut titilletur amor aut affectus noster à creata aliqua forma aut pulchritudine: Nil quippe (asseverat S. Gregorius Lib. 16. mor. cap. ult.) sic ad edomandum carnalium appetitum valet, quam ut unus quisque hoc, quod vivum diligit, quale sit mortuum sentiat.

Qui vult, ut caro sua non insolescat, deat eam domare mortificationibus, jejuniis, austeritatibus, alioquin qui in medio deliciarum, crapularum, ac mollitiei putat se conservare posse suam castitatem, seipsum arte decipit, inquit S. Hieronymus: Lib. 1. iovin. Si quis existimat posse se versari in deliciis, & deliciarum vitiis non teneri, seipsum decipit. Lilius castitatis non florescit in medio spinarum, ibidemque majorem rat fragrantiam, dum feritur puncturis, ac austeritatis corporalis: Candorem tinet inter spinas, & quanto magis ab ipsa percutitur, majorem reddit odorem, scriptum est pro nostra instructione Hugo Cardinalis: in Can. cap. 2. Ideo sanctus Paulus molestaretur carnis insolentiis, seipsum castigabat, ac curabat jejuniis, aliisque corporum

bus macerationibus: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. Si certabat electionis vas* (argumentatur S. Laurentius Justinianus *de int. conf. c. 3.*) *carnem suam diversimodè affligens, ne spiritui noceret, quid nos acturi sumus?* Si Paulus, vas illud electum, qui securus erat, quod thesaurum virginitatis suæ perdere non posset, nihilominus dum à carne tentatur, timeret, non est securus, carnem suam affligit, & nos, qui nullam habemus affecurationem, speramus conservare castitatem inter commoditates nostras, inter delicias, inter lautas mensas? *Luxuria nutritur ventris ingluvie,* monet S. Bonaventura, *de prof. rel. lib. 2. cap. 52.*

Optimum etiam erit medium, considerare, quod Fideles omnes, prout dicit S. Paulus, sint membra Christi: *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* 1. Cor. 6. v. 15. Et multo magis Sacerdotes, qui mediante sacra Unctione Christo non solum sunt identificati, sed quasi alter Christus? Porro, vitium illud infame libidinis dimembrat Christi corpus, facitque ex membro corporis Christi, membrum Diaboli, dum illi in prædam cedit: *Pestis est, qua corpus Christi dimembrat, & qua de membris Christi facit mem-*

Uelasi

Versis
elastig

11

membra Diaboli, inquit Guericus Abbas
Lib. 4. de pur. Quotiescunque ergo rebellaverit, ac insurrexerit caro, quotiescunque
 persuadere conabitur, ut pudicitiam vili
 generosè ac cordatissimè tibi ipsi impro-
 rare debet: *1. Cor. 6. v. 15.* Tollens ergo
bra Christi, faciam membra meretricis?
 illa membra mea Sacerdotalia, Christo dote
 ac consecrata, prostituta alicui ac im-
 bestia in prædam dabo, & inimpudice
 prostibulo appendam? Ergone manus
 quæ contractant pulcherrimum illud
 campi, millenis polluam sordibus ac
 tiebus? Ergone linguam illam, quæ tre-
 do nimis Christi rubescit sanguine, im-
 ac lascivis defœdabo discursibus, profana
 luxuriosis verbis? *Quomodo possum hoc
 lum facere? Gen. 39. v. 9.* Dicebat castissimus
 Joseph: Quomodo possum tam iniq-
 Christo agere, talem injuriam meo in-
 Characteri, mihi ipsi tantum causare præ-
 cium? Quicumque sibi ipsi in simili
 tione, hæc aut similia constanter ac effice-
 improperaverit, haud dubiè statim vire-
 tiet ad illam superandam.

Ocium aptissimum medium est, per
 demon plures præcipites egit in impud-

recitatum divinum officium, exceptas confessiones, aliasque similes occupationes, quod residuum est, impendere deberent in studio sacrarum litterarum, Hospitalium ac infirmorum visitatione, ignorantium ac rudium reedificatione, ut indies de illis vesperis possit illud Osee Prophetæ, c. 72. v. 10. *pleni invenientur in eis.*

Adhuc duo alia media, ad avertendum nobis impuros carnis impetus, suggeruntur à Sanctis: unum est, sollicita sensuum curia, illis enim si liberè concedatur evagare, quocumque volunt, incapaces tandem impatientes fræni, quo à præcipiti retineantur: *Incendium libidinis, violatio castitatis, est sensuum curiositas,* inquit Patricius Justinianus. Aliud medium est accurata circumspectio prudensque cautela in nostris actionibus, ac quotiescunque necessitas requirit ut cum proximo nostro agamus, mox a sexu fragili. S. Isidorus Pelusiota Lib. 1. Epist. instruit nos, quomodo nos gerere debeamus in simili occasione: *Quod si cum ipsis consari necessitas aliquate constringit, oculos dejectos habe, cumque pauca, quæ ipsarum mas perstringere atque illustrare queant, si vis fueris, statim avola.* Deberemus nos

clefastici in illo puncto tam esse scrupulosi,
 prout Rustico scripsit S. Hieronymus: *Epist. 4.*
Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris,
quarum vultus cordi tuo hareat, & tacitum vivat sub pectore vulnus. Joannes Baptista
 sanctam matrem habuit, Pontificisque filius erat,
 & tamen, nec matris affectu, nec Patris opibus vincebatur,
 ut in domo parentum cum periculo viveret castitatis.
 Si ergo juxta verba sancti Hieronymi, S. Joannes Baptista,
 dignissimus summi Sacerdotis, ac sancti Pontificis
 filius, Messiae Praecursor, sanctificatus in materno
 utero à Christo, ab omni securus lapsu, utpote confirmatus
 in gratia, sibi non fiderit manere apud Elisabetham matrem
 suam, ac foeminam sanctissimam, sed sibi timuerit de
 iis, quæ in magnis ædibus ac familiis solent contingere;
 Quomodo nos, absque audaci (fermè dixissem temeraria)
 præsumptione indifferenter nos ingeremus ad agendum,
 tractandum, liberè conversandum cum sexu altero,
 qui non solum non sumus dotati sanctitate, sicut Joannes
 Baptista, sed ne micam illius possidemus, e contra verò
 viridibus, vivisque abundamus, ac scatemus passionibus?
In medio mulierum noli commorari, de vestimentis enim procedit tinea,
& à muliere iniqui-
qui-

V. L. H. S. I.
 Veritas
 cl. Augustus
 1711

Veritas
 cl. Augustus
 1711

quitas viri, est consilium spiritus sancti in
 clestastico, *Eccli. 42. v. 13.* quod quis prae
 cautè observet, ac sequatur. Dicere loquitur
 Petrus Contolinus, ob vitæ innocentiam
 exemplarissimam conversationem singule
 ter dilectus, ac gratus S. Philippo Ne
 quod sexui alteri subvenire, eique nostris
 ferre deberemus obsequia, sed sicuti
 mabus in Purgatorio, quibus equidem
 currimus, ac auxilia præstamus, sed à lo
 Etiam insinuo, quod contra impuras
 rationes utilissimum futurum sit, sexus
 loque recolere staus sui dignitatem, in cor elu
 mè si quis sit Sacerdos, circa quod prop hoc in
 tum refertur de bono ac probò quodam secula
 dinale, *In vit. pag. 128.* quod dum de inco ablu
 nentia tentaretur, atripere solet summi instru
 tem sui pilei Cardinalitii, illumque fixè ne dile
 ens, dicebat: *Berettamia, miri accumbitatio*
do: Mi pilee, me tibi commendo, hanc ille pr
 consideratione eludebat tela ignea ne plurim
 simi infernalis hostis. Serviet ultimo postea
 remedio ac adjutorio prævalido, devotio xit filiu
 confidentia erga sanctos Angelos, ma plo ille
 proprium custodem, de quo dicebat S. prema
 & Martyr Cæcilia: *Ego in Angeli tutela*
qui virginitatem meam custodit, quare nitatis
 templu

in me committas, quo ira Dei in te concitetur.

Breviar.

Caput Decimum.

*Cum decore, ac nitore resplendere debent
loca vestium ac supellectilis sacra, ac
longè ab omni fastu, ac luxu
prophano.*

Incumbit specialiter Ecclesiasticis curare, ut
debitus nitor, ac congruens splendor, ac de-
cor eluceat in divino cultu, nec erubescant in
hoc imitari ac æmulari Principem aliquem
secularem, qualis erat David, qui de seipso
abique vana jactantia, pro nostra autem
instructione, scriptum reliquit: *Domine
dilexi decorem domus tua, & locum ha-
bitationis glorie tue. Ps. 25. v. 8.* Congregaverat
ille pro extructione templi sumptuosissimi
plurimos auri & argenti milliones, illudque
postea cum stupore omnium sæculorum ere-
xit filius ejus; & tamen scimus, quod in tem-
plo illo corporaliter nunquã habitaverit su-
prema Majestas, prout comoratur in Ecclesiis
nostris: *Ubi inhabitat omnis plenitudo divi-
nitatis corporaliter. Coloss. 2. v. 9.* Resplendebat
templum illud interius undequaque puris-

K

U. M. S. I.

U. M. S. I.
el. M. S. I. G.

